Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0002-1

12470.

C. D. A.

30 30 1682, 3 35

EX
DECRETO MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN
ELECTORALI ET PERANTIQUA HEIDELBERGENSI UNIVERSITATE
PRÆSIDE
VIRO
CONSULTISS. EXCELLETISS.
DN. JOH. de SPINA
U. J. D. ATQUE PROFESSORE
ORDINARIO
Patrono æviternum colendo
THESES INAUGURALES
PRO
LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
CONSEQUENDI
Solenni eruditorum examini ſubmittit
LEOPOLDUS PLAPPERT,
Wormatienſis.
Ad Diem 30. Martii 1682. h. l. q. ſ.

HEIDELBERGÆ
Literis SAMUELIS AMMONII, UNIVERS. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0003-6

PARENTI SUO
CHARISSIMO

Theſes Miſcellaneæ ex Jure naturæ Gentium, civili, Canonico, feudali, publico, ſtatutario.

THESIS I.

COmmunio rerum actualis, qualis a nonnullis fingitur, non eſt, neque primæva unquam fuit.

Theſ. II.

Jure venandi recte ſubditi interdicuntur.

Theſ. III.

Sola Indigentia eſt omnis æſtimationis menſura.

Theſ. IV.

Oceanus unius gentis proprius fieri poteſt.

Theſ. V.

Legatus a principe ad quem eſt miſſus, ob delictum in ejus territorio commiſſum juſtè punitur.

Theſ. VI.

Legato non omnino idem ſimpliciter qui mittenti, debetur honor.

Theſ. VII.

Actio alicujus mala eſſe poteſt, ut tamen ipſe non male agat.

Theſ. VIII.

Caſum pro amico admitti æquitas vetat.

Theſ. IX.

Edictum *naſutæ, caupones, ſtabularii* &c. non pertinet ad aurigas.

Theſ. X.

Legitima liberorum ſtatuto tolli nequit

Theſ. XI.

Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere, quantum ex fructibus conſumptis eſt locupletior factus.

Theſ. XII.

Jure naturali omnis culpa in omnibus cauſis civilibus, jure vero civili intuitu humanæ imbecillitatis regulariter levis præſtanda venit.

Theſ. XIII.

Lata culpa in ſocietate dolo non æquiparatur.

Theſ. XIV.

Jurata Senatusconſulti Macedoniani renunciatio non obligat.

Theſ. XV.

Jurata SCTi Vellejani renunciatione non continetur renunciatio authenticæ, *ſi qua mulier, C. ad SCT. Vellej.*

Theſ. XVI.

Res ſoli deponi poſſunt.

Theſ. XVII.

Remedium *L. 2. C. de reſcind. vend.* Emtori competit.

Theſ. XVIII.

Inita ceſſione ex conſtitutione Anaſtaſiana in *l. 22. & 23. C. mand.* debitori ſuperfluum cedit.

Theſ. XIX.

Exheredatio non privat filium jure retractus gentilitii.

Theſ. XX.

Suppellex Studioſorum libraria tacite pro mercede conductionis pignori non eſt obligata

Theſ. XXI.

Antichreſis aliquando pignoris ſpecies non eſt.

Theſ. XXII.

Reſcriptum moratorium ſiſtit uſurarum curſum.

Theſ. XXIII.

Ad emtorem annuorum redituum redimibilium damnum ſpectat, ſi caſu fiant non exigibiles.

Theſ. XXIV.

Diſtinctio ejus quod intereſt in ſingulare, commune & conventum: item probationis in plenam & ſemiplenam falſa eſt.

Theſ. XXV.

Inſtrumento ſubſcribens perinde ei, dummodo legerit, conſentire cenſetur, ac ſi ſua manu ſcripſiſſet.

Theſ. XXVI.

Pater non tenetur dotare filiam locupletem.

Theſ. XXVII.

Legatum nec in Codicillis nec à fideicommiſſario & mortis cauſa donatario relinqui poteſt.

Theſ. XXVIII.

Donatio revocari poteſt tantum ob quinque cauſas in *l.f. C. de revoc. donat.* expreſſas.

Theſ. XXIX.

Poſſeſſio non eſt jus in re.

Theſ. XXX.

Ex cauſa ignorantiæ non datur reſtitutio in integrum adverſus uſucapionem completam.

Theſ. XXXI.

Nulla quidem præſcriptio cum æquitate naturali pugnat, ſola tamen immemorialis eſt juris naturalis.

Theſ. XXXII.

Juri offerendi quod debitori competit ad liberandum pignus ſuum præſcribi poteſt.

Theſ. XXXIII.

Chirographarii majorem creditorum partem conſtituentes dilationem ſolutionis debitori

tori indulgendo hypothecariis non præjudicăt.

Theſ. XXXIV.

Conſortis qui appellavit inita cum adverſario tranſactio litisve deſertio nocet alteri conſortĭ, qui non provocavit.

Theſ. XXXV.

Clauſula, remotâ appellatione, non tollit nullitatem.

Theſ. XXXVI.

Antilogia non eſt (1) inter *l.15.ff. de r. cr. & l. 34. pr. ff. mandat.* (2) *l.18. pr. ff. de r. cr. & l.36. de A.R.D.* (3) *l.61. ff. de R. V. & l.26. pr. de A. R. D.* (4) *l.1. § 2. ff. de p. & c. r. v. & tr. & l.14. eod.* (5) *l.5. ff. ad L. falcid. & l.82. pr. de leg. 2.* (6) *l.16. ff. de jurej. & l.34. §. 4. eod.*

Theſ. XXXVII.

A jure civili quo mulier intra anni ſpacium nubens infamia notatur, Canones ſine ulla ratione recedunt.

Theſ. XXXVIII.

Molendina navalia & alata recte in feudum & emphiteuſin dantur.

Theſ. XXXIX.

Poteſt idem duo feuda ligia habere.

Theſ. XL.

In feudo ſolis fidelitatis obligatio efficax non eſt.

Th. XLI. In

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0009-4

Theſ. XLI.

In feudis & tricennalis & longi temporis præſcriptio obtinet.

Theſ. XLII.

Fructuarius, emphiteuta apennagiatusque adoam præſtare non tenentur.

Theſ. XLIII.

Feuda in quibus ſucceditur nach Füldiſchen Lehen-Rechten/ mere hereditaria non ſunt.

Theſ. XLIV.

Fæminæ, licet ſemel iis maſculi præpoſiti ſint his poſtea tamen extinctis nihilominus ſuccedunt.

Theſ. XLV.

Viduam domini ſororemve ejus nuptam ſtuprans dominum cucurbitaſſe dici nequit.

Theſ. XLVI.

Principes Imperii conſequuntur jus Seſſionis in comitiis atq; præcedentiæ ſtatim à morte præcedeceſſoris, non demum a petita vel impetrata ab Imperatore inveſtitura.

Theſ. XLVII.

Statutum quo bona ob defraudatum falſa profeſſione cenſum fiſco addicuntur, juſtum eſt.

F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0011-1

VD-18
ULB Halle 3
003 487 318
Sl
W077
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0013-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0014-8

30 1682, 3
35

... A.

... X

... NIFICI JCTORUM

... DINIS

... N

... T PERANTIQUA

... I UNIVERSITATE

... ESIDE

... R O

... EXCELLETISS.

... de SPINA

... E PROFESSORE

... NARIO

... ernum colendo

... AUGURALES

... R O

... NTIA

... UTROQUE JURE

... T PRIVILEGIA

... ORALIA

... QUENDI

... m examini ſubmittit

... S PLAPPERT,

... atienſis.

... ii 1682. h. l. q. ſ.

... LBERGÆ

... ONII, UNIVERS. Typogr.

... LBERGÆ,

... ONII VNIVERS. Typograph.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-541849-p0015-3